BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 29v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sufficit et aromatisetur cum sandal. al. et ru-
et pauco ligno aloes et cinamomo et quanti-
tate bone tormentille et diptami, et detur
ter in die ℥ ij in mane, in meridie et in
sero quando itur dormitum. ¶ Sextum remedium
principaliter conveniens sacre Imperiali maies-
tati, erit sertum, et poterit etiam deferri
ad collum et debet attingere usque ad pectus
et melius, usque ad orificium stomachi, Cuius
assignatio est. Capiatur cordula de auro
vel serico, vel de grana, que sit tota gem-
mata, et sic ordinetur. Tres granate locentur
grosse in principio, secundo unus smaragdus
vel saphirus, tercio tres iacincti, et
unus topazius, quarto tres achates, et
rotundate vel in forma crucis, et unus car-
bunculus vel rubinus, quinto tres coralli ru-
bicundissimi et una margarita, secundum
talem ordinem gemabitur tota cordula, que
poterit caputio inseri vel ad collum suspendi
versus thoracem seu pectus. Est autem hoc
optimum preservativum a peste. Benedictum sit
nomen domini nostri ihesu xpi in eternum et ultra. Amen.
¶ Valent autem hec. Nam ars nature opus
ad plenum attingere non potest. In hijs quoque aqua
passa est a sicco terreno adusto et materia
omnis lapidum. ¶ Primus lapis est Granata
species carbunculi, qui grece dicitur Antrax.
Habet enim carbunculus tres species, balagium

potus preservativus cum pulveribus

lapides preciosi infra notantur

de carbunculo.